CAPUT XIII.

DE LOCO DECIMI QVINTI
& decimi sexti diei.

Die 23 Decembris Cœlo favente deprehendebatur arcus circuli magni, deductus ab australiore in basi Triquetri septentrionalis ad stellam in dorso Persei residentem, simul etiam Cometam pertransire. Deprehendebatur item circumferentia Circuli protracta ex stellâ, quæ infra fulgidam in latere siniftro Persei est, ad Andromedæ pedem australiorem Cometam itidem intercipere.

Igitur pro longitudine & latitudine inquirenda sit appositum diagramma, in quo

A repræsentat Polum Eclipticæ borealem

B australiorem in basi Triquetri, cujus longitudo 8 gr. 42 min. ♉ lat. 18 gr. 57 min. S

C Stellam quæ infra fulgidam in latere siniftro Persei, cujus Longit. 27 gr. 48 min. 30 sec. ♉ lat. 27 gr. 59 min. S

D quæ in dorso Persei longit. 24 gr. 17 min. ♉ lat. 30 gr. 36 min. 30 sec. S

E lucidam Andromedæ in Australi pede, cujus long. 9 gr. 23 min. ♉ lat. 27 gr. 46 min. 30 sec.

F Cometam.

Praxis

I. In Triangulo A B D pro A B D dantur

A B Complem. lat. stellæ B   71 gr. 3 min.

A D Complem lat. stellæ D   59 gr. 23 min. 30 sec.

B A D differentia long. B & D   15 min. 35 sec.

Ergo datur A B D 47 gr. 28 min. 20 sec.

II. In Triangulo A E C pro A C E dantur

A E Compl. lat. E   62 gr. 13 min. 30 sec.

A C Compl. lat. C   62 gr. 1 min.

E A C differentia long. E C 18 gr. 25 min. 30 sec.

Ergo datur A C E 86 gr. 23 min.

D   III In